

4060.
HR Christianus Noviomagus
&
Paullus Petreius Rostoch.,
Carmina Gratulatoria
Ornatissimo Dn. Matthæo Fleghio.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4060 4° [30:1,-260]




Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4060 4° [30:1,-260]


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4060 4° [30:1,-260]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4060 4° [30:1,-260]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4060 4° [30:1,-260]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4060 4° [30:1,-260]

Hielmst. 4060 4° DA box



M. Tuscher fecit

BIBLIOTHECA REGIA · HAFNIENSIS ·

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4060 4° [30:1,-260]

CARMINA GRATULATORIA

ORNATISSIMO

ET DOCTISSIMO VIRO, DN. MATthæo Flegbio Roſtochienſi, cum ipſi gradus Magiſterij Philoſophici in inclyta, Lutheranæ & verè orthodoxæ doctrinæ laude celeberrima Academia Salana, ſub Clariſsimo & ſpectabili viro, Dn Zacharia Brendelio, Philoſophiæ & artis Medicæ Doctore, collegij Philoſophici Prodecano, inter XIIX primarius decerneretur locus, pridiè Nonas Sextileis, Anno Salutis CIↃ. IↃ.XC.

Scripta ab amicis.

IHENÆ
Typis Donati Richtzenhani.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4060 4° [30:1,-260]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4060 4° [30:1,-260]

Anagrammatiſmus Nominis

MATTEVS PHLIENIVS ROSTOCHIENſis.

SALVSPOTENS MIHI CHRISTVs Iehoua eſt.

M irentur doctæ, ſanctiſsima Numina, Muſæ,
  S acra Iovis proles, turba Helicona colens;
A ntiſtes miretur idem præclarus Apollo,
  A onij cui ſunt ſacra fluenta vadi:
T anta quod in noſtrà præceps audacia fronte
  L ucet, vt imparibus dem mea verba modis,
T ardus ego cum ſim, Muſis incognitus hoſpes,
  V nda cui Clarij vix mihi viſa Chori.
E rgo ego ſi numeris Muſis & Apolline dignis
  S ectari priſcos non potis eſſe viros
V eſtram implorabo veniam, mihi tecta ſubire
  P ace licet veſtrâ, vos rogo Salaides;
S cilicet eſt animus gratari læta ſodali,
  O fficio patiar nequid abeſſe meo.
P auperiem fugiens duram mercator, vt amplas,
  T riſticiæ curas, colligat auctor opes:
H erculeos non ille timet perferre labores,
  E t quæcunq; pati dura pericla mali.
L onginquas tentare vias per ſaxa per ignes,
  N on tremet ille ſolum, non tremet ille ſalum

Icarios

I carios fervens ſeu ſirius èxerit æſtus,
S eu rigido Tauri ſydere ſævit hyems.
E mit auarus opes per tot diſcrimina rerum,
M agna quidem ſubijt, maxima adire parat.
H eu ſi mercator fatis iactatus acerbis,
I mpiger infenſas nil minus optat opes.
I lle quidem melius ſapit, has qui ſpernit & odit,
H aurit præclaras doctior artis opes.
V anæ diuitiæ, quid enim prodeſſe putabis,
I ngentes turbas, commoda nulla ferunt.
S aucius es curis, nullum lenire dolorem
C larus ſive Tagus, ſeu dabit Hermus opes.
R idet opes didicit quicunq; fideliter artes,
H ic ſortem alternam ſic tolerare poteſt.
O lli ærumnoſis ſunt hæ ſolatia rebus,
R esq; docent lætas qua ratione ferat.
S i patriam linquens, terras regione remotas
I re parat, ſunt hæ ſarcina grata viæ.
T riſtes non ſentit lapſus, non noxa ſcelus ve
S ollicitant animum, Fructus is artis erit.
O rte bonis patribus phlegî, veſtigia patris
IV ſequeris, ſtudij dum tibi cura patris.
C urabat Phœbum & Muſas, vbi grandior ætas
S æpe manu voluit Scripta Sacrata DEO.
H ac eadem tibi meta, diu qui ſedulus agris
Invigilas ſacris, Nunc decus ecce venit.

Ingra

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4060 4° [30:1,-260]

I ngratæ non ſunt Muſæ, ſua debita cuiq;
E x merito tribuunt, condecorantq; ſuos.
E rgo Magiſterij tibi quòd tribuantur honores,
H oc eſt quod læto gratulor ex animo.
N ominibusq; novis, virtute & honoribus auctus,
O fficijs fungi ſis memor ipſe tuis.
S cilicet vt patriæ natum te, donaq; mentis
V elle, probes alijs communicare tuæ.
I bit livor edax, comites laus, gloria, virtus
A ſpicere incolumem te faciant patriam.
S uſcipe ſic quæ vota damus tu fronte ſerenà,
EST & erit gemini pectoris vnus amor.

Eteoſtichon

DoCtrInæ ILLVſtres phLIgI fers VICtor honores,
VIrtVs, CVLtorI, gLorIa DIgna VenIt

Chriſtiano Noviomago
Dano.

ALIVD,

CVm, Matthæe, chelyn numeris & plectra pararem
Vt canerem, queis nunc meritò mactaris, honores,
Vndè tibi æternæ conſurgit adorea laudis;
Sepius attentans caſſis ſum viribus vſus,
Atq; iterum licet aggredior, non proficio hilum.
Nam mihi in hoc, aliàs mater Natura nouerca
Enthea detrectat diuorum pectora vatum,
Nec mea, Phœbe pater, ſatis ora inculta rigaſti
Fonte caballino, quem præpetis vngula fodit.
Quînam igitur te digna queam, Matthæe, referre?
Vt tamen immemoris deuitem crimina culpæ,
Te pater ore cio Phœbe: ô nunc Phœbe mihi, inquam,
Dignum ſi quid habes, adytis exprome ſacratis.
Atq; ecce, exemplò Phœbus ſic farier infit,
Eſt tuus & meus eſt, cui nunc nova ſerta parantur;
Fleghius, Aoniſin ſacris, caſtæq; Mineruæ
Indè vsq; à teneris ſeruit: me fas dare tali,
Digno laude vehi pulchra, præconia digna.
Nomen habet Muſcæ, quæ parua; at ſordida res eſt
Omnia commaculans, & turpiter omnia fædans.
Degener at contra hic totus, qui præpete ſola
Mobilitate viget, doctorum ſcripta ſophorum
Peruolitans, & cuncta libans, perdoctæ apis inſtar,
Toxica quæq; etiam reddit ſapere optima mella.

Non

Non talem Zeuxis pinxit, nec doctus Apelles
Muſcam vnquam, quæ ſit tanta admirabilis arte:
Ipſe Atheus, curare DEum mortalia quidquam,
Imprimis leuia & neglecta hæc entoma, muſcas
Qui negat, hanc ſummo natam Ioue diceret, atq;
Huius præ cunctis curam affirmaret habere.
Rectius ergò cluit Muſæus, qui vtpote Muſis
Agnatus, queis virtus & ſapientia cordi eſt
Virtus, doctrinæ & quidquid potioris & artis
Cum ſimul hæc ſedeant cuncta, in tam pectore culto.
Dignus erat dudum, tales qui auferret honores
Muſas cum patriæ Roſeas arderet, & omni
Albanas ſtudio ſequeretur ritè Camœnas:
Aut vbi apud Cymbros ludimoderator habenas
Peruigil & doctus magna cum laude teneret.
Sed velut egregio non ſtatim digna labori
Præmia reſpondent, nec merces æqua reſertur;
Huius gloria ſic longo poſt tempore venit,
Et tandem vero, æternoq; beatur honore,
Hic vbi Salanæ clarent Muſæ atq; Camænæ,
Quem ipſi decernit doctus Brendelius, arte &
Diuino eloquio pollens, quem Diua Hygiea
Aræ conſtituit myſten, fidumq; patronum,
Nomina contribuens, quæ ſolis debita doctis,
Adiungens titulos, & veræ inſignia laudis.
Hæc Phœbus: me queis animi e penetralibus imis
Cum precibus iuſsit ſancta omina & addere vota,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4060 4° [30:1,-260]

Vt deinceps felix cernas ſuccedere ſecla,
Aeternos tibi queis cernas ſuccreſcere honores.
Quod facio; & charis patriæ mox redditus oris
Saluus & incolumis, præceptoresq; fideles
Repperiens ſaluos: ipſisq; breui aunumeratus
Caſtalides doctas, & pectora docta tueri
Pergas, te precor, & ſinceram Relligionem,
Quà multis magni reſeretur ianua cœli.
Sic benè de patria meritum te fama ſequetur
Præclara, æternumq; manens cæleſte brauèium.

Paullo Petreio Roſtochienſi.



BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4060 4° [30:1,-260]

4060.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 4060 4° [30:1,-260]